*descriptus circa* OG, *vel* OK, *dimidia nempe ipsius* GK, *continebit quadrilaterum simile, similiterque situm quadrilatero* PQRG *habente rationem ad ipsum* PQRG, *quam quadratum ex diametro* OG, *vel* OK, *ad quadratũ a diametro* GK, *per primam* XII. *hoc est, quam recta ad suã duplam, nempe quam* FE *ad* PQ, *aut* IK *ad* QR, *aut* IE *ad* RG, *aut deniq.* FG *ad* PG. *Circa diametrũ igitur* SV, *quæ sumpta sit æqualis ipsi* OG, *vel ipsi* OK, *descriptus circulus* STVXY *continebit quadrilaterum* STXY *simile, similiterq. positum quadrilatero* PQRG, *ita vt rationem ad illud habeat, quam quadratum ex* SV *ad quadratum ex* GK, *hoc est, quam* FE, IK, IE, FG *ad homologas* PQ, QR, RG, GP. *Erunt igitur rectæ* TX, XY, YS, ST *æquales ipsis* FE, IK, IE, FG. *Sed ipsæ* FE, IK, IE, FG *sumptæ sunt æquales ipsis* D, C, B, A. *Ergo rectæ* TX, XY, YS, ST *quadrilateri* STXY *circulo* STVXY *inscripti sunt æquales rectis propositis* D, C, B, A. *Quod erat faciendum.*



ΠΡΟ-